

28

ARRHA  
FRATERNI AMORIS,  
*Qvam  
Ætate tenero, moribus tamen adulto*

DANIELI,  
*(Sal. Tit.)*

DN. SIMONIS  
AUSCHWITZII,

Judicij Suburbani Assessoris  
optimè meriti,

FILIO,

*multi delicii & magnæ expectationis,*

Anno 1694. die 18. Jan. nato,

Anno verò 1703. die 29. Julii post 6. matut. denato,  
& i. Augusti non sine acerbo luctu in Templo  
Mariano honorificè terræ  
demandato,  
fraternâ dolente manu  
dedit

ANTONIUS Auschwiß / Thor. Pruss.

---

THORUNII,  
EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASIL.

**L**ege, attende, mirare,  
Viator!

Perennem memoriam hæc Ara complectitur.  
Cave, temerare sacratos æternitati cineres,  
Cinis futurus ipse.

Nempe

P U E R

præstantis ingenii, ingeniosæ præstantiæ,

**DANIEL AUSCHWITZIUS,**

Qui nullius in offensionem incurrit,  
in hoc offendit mortalitatis saxum.

O novercantis Fortunæ calamitas!

O lapsus luctuosus!

Sed

Hoc ipsô non invidendus, qvia præmaturè invidendus.  
Metam vitæ humanæ necdum metitus, consenuit.

Fallor? Maturuisse saltim cœpit?

Qvicquid enim maturitatem prodit, illud Æternitas rodit.  
Neqvaquam fallor.

Verum senium in puerilitate dedidicit,  
Ut puerile nihil vel in puero vidisses.

Extra infantiæ ludicra durè exercebatur à teneris.

Ipsa sistebatur hujus in oculis verecundia,

Ipsa legebatur in ore sgravitas,

Ipsa eminebat in moribus modestia;

Hæc moram longam ferre nescia

maturiùs, qvam par erat, in lucem prodiit;

Adeo ut non minus jam oculos, qvam aures, instruat,  
nec animo concipere possit,

qui oculis non subjecit.

Qvicquid agebat, virtutem subolebat,

Qvicquid dicebat, pietatem sapiebat.

Verbo:

Suspexit in eo qvilibet gratiam,  
nemo non mores.

Hinc in Pietate & Comitate Puer maturescens fenuit,

Solâ quietis incapacitate gaudens;

Morbô malignô monitore usus,

Aluit mortalitatis memoriam semper.

Noverat qvippe:

Sanctionem sanctam & æternam esse,

Ut singula pereant, vel immerentia:

Damnata, qvia nata.

Post omnium mortes, mortem ipsam vita mortali mori,

Adeo Parcæ ne sibi qvidem sunt parcæ!

Videri potuit

Oblitus Parentum Filius, Frater Fratris,

Ut jam solum hominem meminisset,

In manifesta exiit odia odiosi temporis;

Ut, qui flebili hoc seculo satis flevit & deflevit,

Extinctus jam rideat.

Quid ergo?

Jacet & tacet, Amasius æternitatis.

Vixit satis sibi, nobis parùm.

Imò si annos suppites,

Nihil ferè vixit.

Si vitam brevem,

Dices, secula excessisse.

Neqve mirum!

**DANIELIS** vitam diu expectare

Impatiens cœlum non potuit.

Qvò foret illa in cœlestibus gaudiis diuturnior,

ademit huic, qvam dedit sibi.

Interim Fano immortalitatis Fama eum consecrat,

nunquam apud DEUM in cœlis,

nunquam in animo Parentum & Nostrūm,

nunquam in pectore Cognatorum,

nun-

Su-

nunquam in voto p̄ièlugentium  
moriturum.

Tu verò abi, Viator!  
& si sapis,  
e' Puer disce:  
Mortem spernunt, qui mori non timent.

---

**S**o hastu obgesiegt? Dein IESUS / der Dich liebet /  
Der nimt Dich nun zu sich aus dieser bösen Welt /  
Aus diesem Thränen-Thal ins frohe Himmels-Zelt /  
Wo Dich kein Herzeleyd noch sonsten was betrübet.

Du hast zwar in der Welt gar kurze Zeit gelebet /  
Doch selbige mit Kühm in Jugend zugebracht ;  
Drumb mehret sich der Schmerz / da Du nimst gute Nacht /  
Und deine junge Seel sich in die Höh' erhebet.

Bor warstu ungelehrt / und Stückwerck war dein Wissen /  
Nun bistu angelangt zu der Vollkommenheit /  
Der Himmel ist an statt der Krankheit zubereit /  
Nun kanstu ewiglich der Himmels-Lust geniessen.

Ihr aber / Behrtesten / vergießt nicht so viel Thränen /  
Ach hemmet Euren Schmerz / stellt Euer Trauren ein.  
Es war des Höchsten Schluss: Es sollt nicht anders seyn!  
Drumb gönnet Ihm die Freud und stillet Euer Sehnen.

Dieses Wenige hat aus mitlendigem Herzen /  
denen betrübten Eltern zu Trost auffsehen  
wollen

Ein Anverwanderter  
**Georgius Krieger.**

